R.me Pater.

Dum Memor Sum tui et dulcissime ha=affabilitatis in Colloquijs tecum habitis dum in ba Ciuitate Morabam, Exardescit animus et in tuis Operibq factus Studiosus in hac Mea Reuersus toto Animo Me decaui et dum Enarro Omnibq Miranda quæ Vidi in tuo Museo penitus tanquam incredibi=lia Notantur Ex his Orta Mihi fuit Libertas Consulendi R.mam P. tuam in ea quæ Vidi in tuo Museo et ea quæ legi in 2. tom. Ar=tis Magnæ Consoni et Dissoni pag. 307. ex im=pressis Romæ in dicta enim Conficii Statuam posse aijs in Medio aeris pendulam Sonos quoslibet tam articulatos quam inarticu=latos perfectissime pronunciantem, in tuo autem Museo aliam ita Confectam Vidi ut Medio Cocleato tubo responsa respondeat, ex his Nunc R.me P. tuæ percontor, Si Statuã illam tantum pro Magnatibq in ~~dicto~~ dicto Loco pro=missam pro aliqua Confecisti et in quo Loco ut tam Magno testimonio ea quæ Minime mihi incredibilia fiunt hij cum quibq dis=puto Conuincantur. Adoro P. tuæ felicitatẽ

perpetuam, et Deo pro salute tua. Vale Bar-
chinone die Secunda Mensis Novembris
anni Millesimi Sex^{mi}. Septuagesimi Septi-
mi.

R.ma P.tis Tua

obsequenti.ssimus servus

Dor Don Raimundus Sans de Puig

Raymundo [illegible]

R.me Pater...